

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1542

Autre(s) référence(s) : Fauroux 98 / Tabuteau 179-181

Auteur(s) : Herluin, fils d'Ansgot, Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbé)

Bénéficiaire(s) : Le Bec-Hellouin, Notre-Dame (abbaye, abbé)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1041, 24 février

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard confirme à l'abbaye du Bec : — la donation de l'abbé Herluinus ;
— l'abandon par Gilbert de Brionne de la pêcherie de Pont-Authou, des prés du Val-Aunay, de la forêt et de la terre de Malleville ;
— la cession de Servaville par le moine Baldricus (obligé en contre-partie de céder à ses consanguins le bénéfice du château de la Ferté) ;
— l'achat par l'abbé Herluinus à son frère Eude de la moitié de l'église de Surcy et de ses droits sur Quevilly et Surcy ;
— l'abandon par le même Eude de ses droits sur Etretat, sur l'église et la dîme de Bonneville ;
— la remise par Gilbert de Brionne, puis par son successeur Guy de Bourgogne, des services et coutumes à eux dus par Eude et Roger, frères de l'abbé Herluinus.
Le prince remet en outre à l'abbaye du Bec la dîme des monnaies du cens de Brionne, ainsi que les coutumes et les amendes de Servaville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°98, p. 249-254.

Dissertation critique

Le duc Guillaume accorde cette confirmation le jour de la dédicace de l'église du Bec, qui eut lieu le 23 février 1041 (FAUROUX, p. 251).

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus christianæ religionis cultoribus quod ego abbas Herluinus filius Ansgoti, astantibus et laudantibus fratribus meis, jubente Gisleberto comite et Alberto et Rannulfo, consentiente Roberto comite et Roberto archiepiscopo, donavi Sanctæ Mariæ tertiam partem terræ de Burnencvilla et hoc quod pertinet ad eam, et de Chivilei et de Surcei et hoc quod pertinet ad eas, et terram de Sernai et hoc quod pertinet ad eam, quæ Ansgotus pater meus in vita sua habuit, dotem quoque matris meæ jubente patre meo ex integro mihi datam, coram testibus Fulberto sacerdote, laicis Vitale, Rainaldo et aliis multis.

Eidem Beccensi ... eidem Beccensi ecclesiæ donavit prædictus comes Gislebertus piscationem de ponte Altoo, et prata de Vauloneit, et silvam et terram de Malavilla, cum molendino Normanni.

Tempore quo Baldricus se suumque filium monachico ordine tradidit, donavit suprascripto cœnobio quicquid terræ ad eum pertinebat de Servatvilla, quod vero in eadem donatione plus dedit quam haberet, consanguinei sui Rodulfus, Rogerius, Baldricus fratres dimiserunt propter beneficium de castello cui nomen est Firmitas quod Baldricus illis habere concessit, interfuerunt testes Seifridus presbiter etc.

Idem abbas Herluinus emit a fratre suo Odone dimidiam partem ecclesiæ de Surceti cum decima sua et possessionem presbiteri 4 libris denariorum... Signum + Rogerii de concambio tellurum Surcei et Burnecvillæ ad opus sellariæ Beccensis cœnobii ad emptione molendini 4 libris.

+ Signum Odonis fratris ejusdem abbatis, qui terram quam habuit in Estrutat et partem quam habuit in ecclesia de Burnecvilla et decima ejusdem cum filio suo donavit eidem cœnobio ; partem quam habebat idem Odo in ecclesia et in decima et Chivelei et Surcei emit prædictus domnus abbas ab eo in prædium ecclesiæ Petrariæ.

Servitia et consuetudines, quibus servire et quas pro alodiis suis consueverant dare Odo et Rogerius fratres domni Herluini abbatis, eidem Beccensi ecclesiæ comes Gislebertus dedit. Huic dono auctoritas Widonis comitis successoris ejus post mortem ejus accessit.

Quicquid de paterno alodio Drogo filius Rodulfi ubicumque jure possidebat accepto pretio ab Herluino abbate, Beccensi ecclesiæ Dei genitricis Mariæ tradidit cujus servitia et districtus Rotbertus Hunfredi filius eidem ecclesiæ tradidit.

Hæc omnia quorum supra meminimus Willelmus comes, Roberti comitis filius, libenter confirmans in die dedicationis ejusdem monasterii, contulit illi decimam nummorum totius census Brionensis. Addidit tamen consuetudines cum debitis cunctarum legum de Sarvatvilla quæ fuit olim Baldrici, professi nunc ejusdem monasterii.

Testes cum suis signis qui viderunt et audierunt S. + Malgerii archiepiscopi. S. + W. comitis Roberti filii comitis. S. + Hugonis episcopi. S. + Willelmi comitis fratris ipsius episcopi.

S. + Nigelli vicecomitis. S. + Gausfredi vicecomitis. S. + Rodulfi Taison. De quibus omnibus datis si quis eidem monasterio derogare aliquid voluerit ab omni ecclesiæ consortio se separatum et excommunicatum indubitanter scire.

Variante, version C

Nota quod Odo frater beati Herluini terram quam habuit in Estrutat et eam partem quam habuit in ecclesia de Burnecvilla et decima cum filio suo donavit cœnobio Beccensi ; partem vero quam habebat idem Odo in ecclesia et in decima Chivelet et Succet emit domnus abbas Herluinus ab eo in prædium ecclesiæ Sanctæ Mariæ Becci.

Servitia et consuetudines, quibus servire et quas pro alodiis suis consueverant dare Odo et Rogerius fratres domni Herluini abbatis ecclesiæ Beccensis, comes Gislebertus dedit, eidem dono auctoritas Widonis comitis accessit successoris ejus.

Hæc omnia Willelmus comes (Normanniæ), filius Roberti comitis, libenter confirmans in die dedicationis ejusdem monasterii, contulit illi decimam nummorum totius census Brionensis, addidit etiam consuetudines cum debitis cunctarum legum de Sarvatvilla quæ fuit olim Baldrici, nunc professi ejusdem monasterii.

Testes Malgerius archiepiscopus, Willelmus comes filius comitis Roberti, Hugo episcopus, Willelmus comes frater ipsius episcopi, Gaufredus vicecomes, Nigellus vicecomes, Rodulfus Taison.

Variante, version D (début de la pancarte de 1070 env. ou 1077 reprenant la teneur de BC)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Beccensi cœnobio Sanctæ Dei genitricis Mariæ dederunt vel vendiderunt subscripti.

Guillelmus rex Anglorum tunc tantum dux Normannorum, filius Roberti comitis, decimam denariorum totius census Brionniæ, partem quam cohæredes Baldrici habebant in Servavilla, cum omnibus consuetudinibus de ipsa villa ad se pertinentibus, licenciam faciendi burgum circa coenobium, ecclesias de Algia quæ fuerunt comitis Gisleberti, quas habebat in suo dominio et decimas.

Herluinus filius Ansgoti, abbas ejusdem cœnobii, tertiam partem Bornevillæ et Surcei et Cavillei, totum Sarnaium quod habuerat mater ejus in Malavilla.

Gislebertus comes servitia alodiorum fratrum Herluini abbatis, aquam Rislæ a vadis usque sub ponte Altoi, quod habebat in Malavilla, molendinum Normanni.

Baldricus quod in Servavilla et Ermentruvilla in marcherboht.

Drogo filius Rodulfi quod pater in alodium ubique habebat, consensu Roberti Gaufridi filii.